


1511.

Sigismundus I. Rex Poloniae
Clementi Papae VII.

166

Santissime.

Causa negotiatorum Curiam
Romanam sequentium, quam mi:
hi Sanctitas Vestra literis suis
commendare dignata est, ut ad o:
ptatum exitum perveniat, ita a me
adjuta est, ut ad ejus profectum
nihil ei defuisse videretur. Omnes
enim similes causas, quotiens ad
meam notitiam deducuntur, ut
praesertim peregrinorum, quae
merito debent esse memorabiles, si
solent transigi, ne hi qui sub:
ditis meis in necessitate gratifica:
ri solent, mutua pecunia eos juvan:
do, culpa illorum ipsius pecuniae
suae jacturam faciant, meque
Vestra Sanctitati gratiae com:
mendo, cujus votis pro vtriusque
morem gerere praesto sum, et
Deum omnipotentem oro, ut eum
Diu servet incolumem et felicem,
ac ei tantam inspiret gratiam,
ut quod cepit, ad succurrendum

rebus


rebus Christianis labentibus
felicibus auspicijs agere faustis
omnibus prosequi, et perficere
posset. Datum Ect. 2